

DE SVCCINO

lapidosa, suam originem ducit: quæ in sibi subiectam foueam excavatam in imo antri descendit. duo nempe sunt meatus sibi coniuncti, ad quorum latera qui ad dexteram est, aquam mittit paulatim manantem: alter qui ad sinistrum latus est, guttatim oleum diffundit, &c. Oleum hoc paulatim destillans, pondus triginta vnciarum, quod bocalis mensuram æquat, non excedit in die, æstate sesquibocale, ubi mons Solis feruore incaluit: hyeme dimidium bocale. Aqua quæ cum oleo destillat, clara est & lymphida, aliquantulum salsa: cuius falsedo multo remissior esse cõperitur quàm eius quæ in Laxissa Troadis thermis degustatur. Oleum hoc nusquam per sese visum est emanasse, sed superficiem aquæ innatat. Illud collecturi aquam scopis quatiunt, oleumque in quendam angulum cogunt, tuncque conchis, vel cucurbitis vel fitulis alijsq; vasculis excipiunt, si copiosum:
fin